CONTIO QVAM ANGLICE HABVIT REVERENDVS PATER IOANNES ROFFENSIS EPISCOPVS IN celeberrimo Nobilium Conuentu Londini, eo die, quo Martini Lutheri scripta publico apparatu in ignem coniecta sunt, uersa in Latinũ per Richardum Pacæum a Sereniſſimi REGIS ANGLIE Secretis, verum Grece .·. & Latine Peritiſſimum. .·.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.·.

UNIVERSITY LIBRARY
MR 4
1919
CAMBRIDGE

NICOLAVS Vuilsonus Christiano Lectori.

VSque adeo infẽsus est nobis, cristiane lector, hostis cui nomina mille, mille nocendi artes: vt nihil relinquat intẽtatũ, quo nos, in cõmunem secum perniciem et damnationẽ rapiat. Non dormit, non cessat, non placatur: sed inuidie furijs actus, mira pertinacia circũit, vt leo, quærens quem deuoret. Nũc se veluti occultat et sinit quietos agere, quo securos et iprouidos, ex insidijs subito adoriatur et opprimat, Nũc prodit et aggreditur hostiliter, et tamẽ adeo callide bellũ mentitur, atq; tot prætextis, pro astucia sua, fucis obducit: vt vix prius sentias te peti, quã sis capt⁹. Neq; huic hosti, quamuis per se satis formidãdo, desunt, qui nepharium institutum promoueant, vel pernicios issimi ministri, vel pestilentissima arma. Siquidem caro, quæ domesticas vltro excercet intra nos inimicicias, et militat semper aduersus animam, cum sexcẽtis in peccatum illectamentis, astat ei, parata ad omne mandatum. Astat cũ innumeris machinis mũdus, sed omniũ longe pessima, malis hominibus. Astant nequissimi spiritus,

Socij

22-480

Socij pœnarum, viribus Paulo inferiores, malicia pares. Iam, quod armorũ genꝰ abesse potest? quũ, et auxiliares copiæ pestilẽtissima secum deferant, et ipse, cuiuslibet mali repertor pariter et author, fœdissimũ huiusmodi rerum, suis maĩbus fabrefactum aceruum, post se continuo trahat, ex quo, ceu sceleratissimo quodã copiæ cornu, non solũ sibi ipsi, sed etiã satellitibꝰ, si forte sua minꝰ valuerit, pro cuiusq; peritia, ac rei gerendæ cõditione, tela depromat facillime. Atq; adeo, hinc porrigit quibusdam, quod nos, vel incautos, vel segniter obnitentes, superbia insolescere faciat, ira furere, cruciet inuidia, ad periuriũ ac blasphemiam adigat, nonnũquam insuper paricidium: Aliꝭ, quod eneruet otio, ingluuie libidinibusq; fœde commaculet: parti, quod auaricia, furto, rapinis, iurgiꝭ, simultatibus, et si quid his peius est, malis feris efficiat similes aut deteriores: ipse interim, et oĩbus vtens, et constanter suis instans, ne cessent: hoc se fœlicitorem miserrime reputans, quo plures secũ traxerit in interitũ. Nunc christiane lector, pone ob oculos uitam nostram, consydera quot periculis pateat, quibus inimicorũ assultibus cõtinuo petatur, quãtis vndiq; iactetur procellis fluctibusq;. Hostes armati circũcingũt, et illi quidem crudelissimi pertinacissimiq;,

tinaciſſimiq;,utpote,quos odium perpetuo inſti-
mulat,qui nullas permittunt, niſi quas mentiũtur,
inducias,nulla ſeruãt foedera, nulla patiuntur con-
ditione victũ redimi,hoc ſolo belligerantur, ut ene
cent, trucidẽt, lanient. Et, id quo crudelius ſit,nõ
corpus ſolũ,ſed ſimul cum corpore,animã. Neq;
poteſt hæc immanitas, ulla noſtra ſatiari miſeria,
vllo placari ſanguie,perpetuã exercebũt,ſi uincãt.
Quid uidetur? an non ueriſſime dictum eſt illud,
militia eſt vita hominis ſuper terram? Quis enim
patet,inter tam immanes hoſtes,inter tanta pericu
la,locus molliciei? quis ſomno? quis quieti? quis
ceſſationi? Oportet in armis ſit,uigil ſit,in acie ſtet,
teneat ſigna, forti inuictoq; animo pugnet chri-
ſtianus miles, qui cupit, fuſis hoſtibus,reportare
triumphum. Sane diuus hieronymus,hanc hoſtiũ
in nos ſæuiciam, multo atrociorem iudicãs,quam
illam tyrannorum olim, non minus vere quam ele
ganter, dixit chriſtianorũ uitam, perpetuũ quod-
dam eſſe martyrium. Et tamẽ nos, tanquã omnia
eſſent tutiſſima,in utranq;,quod dicitur,aurẽ dor-
mimus,agimus conuiuia,ludimus otiamur,ambi-
mus diuitias,honores,mundi gloriam. Atq;adeo
nullam adhibemus cautionẽ ne in hoſtium manus
veniamus, ut illis nos ipſos offeramus etiam, di-
ripiendos

ripiẽdos atq; laniãdos. Quippe, qui nostra spõte, ac uelocius quam ullus hostium possit sequi, ferimur in omne nephas. Propterea nihil mirũ, si uideamus nunc cruentissimis bellis omnia cõmixta, terram christianorum sanguine rubere, omnia, diuina pariter et humana, confundi, quo consequamur citissime perituras diuitias, potentiam, honores, titulos, gloriam, uoluptatem. Nam, ut hostis libentissime ad ista impellit, ita nos facimus ut id possit absq; negotio. Cæterum, ne hic quidem quiescit furibũdi hostis inuidia, qui utrũq; æqualiter ad necem vsq; odit, indulgentem vt repugnãtem: nec satis habet denudasse bonis, mercibusq; spoliasse, nisi nauem quoq; fidei, quæ vna relicta est, spes recuperãdæ salutis, perforet: quo immergentes fluctus, nos in profundum, simul cum ipsa naue, detrudant. Inaudita sane, et plus quam dici potest tyrannica, hostis crudelitas: sed quam manifestius experimur, et antehac experti sũt patres nostri, quam ut possit, vel negari, vel dissimulari. Nihilominus isti negotio per se impar est: ut, qui ab omnibus cito cognosceretur hostis, et explode retur. Ac ꝓpterea, subtilissimis artib⁹ adiũgit sibi, per quos hãc rem gerat, ministros, vafros scilicet, et callidos hoies, pl⁹ popularis auræ cupidos, quã

veræ virtutis: tamẽ, ut poteſt, quoſcꝫ doctiſſios. Quos, vbi ſemel plene poſſederit, ita ſuis artibus imbuit, ita eorum mentes præſtringit et exoculat: vt nihil non arrogent ſibi, ſolos ſeipſos putent doctos, germanamcꝫ ſacrarum litterarũ ſcientiam tenere: omẽs alios, non ſuæ factionis, quantumlibet doctos, quantumlibet ſanctos, contẽnant, eorũcꝫ dogmata ſuis aduerſa reſpuãt. Immo, quod dictu quoꝫ horrendũ eſt, ipſi ſacro eloquio, ſicubi videatur, vel ſuis placitis repugnare, uel parum, quãdo vellent cõuenire, vim inferant ſacrilegã. Poſtea, quũ hmõi reddiderit armis inuictos: docet ſimulare cõſtantiam, frugalitatem, labores, humilitatẽ, ſummũ ad CHRISTI gloriam propagandam ardorem ac ſtudium, parem dolorem atcꝫ indignationem, quod ſint, qui tam ſalubri (ut illi uolunt) inſtituto reluctentur: demum quiduis aliud quod ad uitæ probitatem, aut ſcĩmoniam attinet. Exiſtimans, quod res eſt, per homines ſic perſonatos, facilius ſe poſſe venena ſua cordibus ſimplicium inſtillare. Hos, ad hũc modum vtrincꝫ munitos, emittit in pũgnam: ut, quod per ſe non poteſt malum, per eorum miniſteriũ operetur: prius tamẽ lege pugnandi præſcripta. Quæ ferme omnibus vna fuit: ſcilicet, vt non ſtatim capeſſerẽt apertum

cum fide

cũ fide bellũ, neqꝫ iugulũ primo aggreſſu peterẽt: ſed ex obliquo, et velut aliud agentes, primũ tentarẽt leuiter: deinde, poſtquã cernerẽt mẽtes ĩcauto rñ occupatos, maiora paulatim molirentur. Fit enĩ quod vetus hoſtis non neſcit, ut malæ opiniones, dum tacitis auctibus, quaſi gradibus quibuſdam, ſuccreuerint: multos eo ducant, vt tanquam pium, religioſumqꝫ cõprobẽt: quod in initio repuliſſet, tãquam impiũ et execrandum. Huius farinæ fuerunt. Arrius, Manichæus, Donatus, et innumeri alĩ: qui fidei nauem, ſua quiſqꝫ ætate, uehementibus iactauerunt procellis. Neqꝫ alterius eſt, ſicuti iudicauerũt patres quibus me ſubſcribere chriſtiana religio iubet, his noſtris diebus Martinus lutherus, homo ſane admodũ doctus, et qui magnopere illuſtraſſet CHRISTI eccleſiam, ſi pari fuiſſet uitæ innocentia. Verum, ſeu humanæ gloriæ, ſeu vindictæ: in cõmunem patrem noſtrũ papam et ſuos, ſeu vtriuſqꝫ, quod vero propiꝰ uideri poteſt, cupido, primum in hoc inſtimularit: ſeu aliud quippiam, in medio relinquo. Tamẽ, quod liquido conſtat, eo nunc tandem proceſſit inſaniæ, ut pleraqꝫ omnia, quæ in eccleſia CHRISTI ab apoſtolis et patribus nobis tradita ſunt, atqꝫ in hoc tẽpus cum magna fidelium religione, nec minori

(ſicuti

(ſicuti pie credimus) utilitate, durauerūt, ore ſacrilego uociſereť, aut ſuperſtitiones eſſe et tollēda, aut vſu corrupta, et ad modū, neſcio quem, quem ille præſcribit mutanda. Quod, quum omnibus chriſtianis intollerabile ſit: tamen illud nullo modo ferendum arbitror, ut huic tam ſcelerato inſtituto, patrociniū a ſacris eloquijs extorqueatur repugnā tib⁹. Namq; ſi dei ſermonem liceat ſemel impune trahere quo cupiūt mali, et inuertere pro quolibet mobili phrenetici capitis ſomnio, iam actum eſt de maieſtate, ſacrarū literarum, actum eſt de fide chriſtiana: Iſtud, fecerit Lutherus, an nō fecerit: eruditus ac cordatus operum eius lector videat. Et, o miram cæcitatem, interim dum hæc agit, ſe, quaſi ſpiritum dei ſolus haberet, iactat intelligere quid ille ſpiritus in ſcripturis loquať: eruditos illos ac ſanctos patres, quos eccleſia cum magna veneratione obſeruat, utpote quos habuit in eruendis ſcripturæ ſacræ myſterijs adiutores diligentiſſimos, multa nō intellexiſſe, plerunq; hallucinatos, detorſiſſe plura ad ſuum negotium, nonnulla perperam expoſuiſſe: Inſuper, ſe a parte CHRISTI ſtare, pro eius gloria hanc ſuſcepiſſe prouinciam: eos, qui reſiſtunt aut cōtradicunt, aduerſarios eſſe CHRISTO, hereticos, et mille modis flagitioſiſſimos:

ſiſſimos. Nam illud, quod vitia, quæ in eccleſia CHRISTI ſunt, quã plurima profecto et turpia, acriter inſectatus eſt, nõ feciſſet arbitror, extra tẽpus: ſi ad id chriſtiana charitate magis fuiſſet ĩpulſus, quã libidine, in eos quos ducebat aduerſarios, ſæuiendi. Quod, ut ille (haud dubito) ſctiſſime cõfirmabit a ſe factum: ita res ipſa longe aliud declarat. Etenĩ, in qua nihil ſit cernere, præter criminationes, conuitia, hortationem ſuorũ germanorũ ad vindicandum in eos, et cætera id genus, quæ piget recẽſere, multo importuni⁹ in chriſtianos ſcripta, quam ſcripſit vnquam ethnicus in ethnicum. Certe chariſſime lector, quantũ ego mihi videre videor, homo tam inflatus et arrogans, tam nudus omni chriſtiana modeſtia atq; charitate, nõ poteſt non eſſe officina nequiſſimi hoſtis: in qua chriſtianorum perniciẽ, pro uiribus, operetur. Ex qua, licet multa quæ chriſtianam religionem pure ſapiãt, emiſerit: id tamẽ eo cõſilio, quo cætera, quæ, perinde atq; venena, miſcet ſalubribus eſcis, facilius incautius q; ſimul cum illis vorentur. Quamobrẽ, ne adeo pernicioſo, et male vitabili veneno pereant chriſtiani: decreto patrum eccleſiæ ſancitum eſt, ut ille pro hereticõ haberetur: et libri eius, quum abũde ſit copia bonorum qui legantur, mandarentur

ignibus, Ista quum agerentur Londini, et adesset ingens tam cleri quã lai multitudo, concionẽ, quæ sequitur, habuit doctissimus et idẽ grauissimus pater Ioãnes Roffẽsis Episcopus. Quem ne ego, qui multis noĩbus illi sum deuictissimus, parũ syncere laudasse uidear: id officij permitto doctis, quibus oĩbus ferme totiꝰ orbis christiani, ob singularem eruditionem, notus est: permitto uitæ, in qua, ne monus quidẽ repererit quod carpat: permitto lucubratiõibus, inter quas, ut aliæ exciderĩt, uel hæc una, si liceat ex unguibꝰ æstimare leonẽ, sufficerit, quæ apud oẽs testatissimũ faciat sũmæ eruditiõis authorẽ: & simul præbeat cogitandi materiã, quã ta cũ laude atq; quã certa uictorie spe, illhic cõgredieẽ cũ hoste, ubi liberũ erit omẽs exercere uires, omĩa contorquere tela, qualibet yti occasione, qui tam fortiter eũ cõstringit, vbi per ãgustias propemodũ non licet adoriri. Hanc quum ille, laudis humanæ contẽptor, quẽadmodũ dixerat, ãglice reliquisset, nec curaret uertere, Latinã fecit Richardꝰ Pacæus, Illustrissimo Dño nostro HENRICO Angliæ & Franciæ Regi, eius nominis Octauo, a secretis, uir omĩbus ornamẽtis absolutissimus, seu eloquẽtiam spectes et linguarũ peritiã, seu multiplicem ac uariam eruditiõem, seu morũ candorẽ atq;

integritatem

integritatẽ. Ita enim in eo, hæc oĩa ſũma ſunt, et ex æquo certãt: ut facile nõ ſit iudicare, quid, cui præ feras. Quibus factũ eſt, ut, et fortiſſimo ſapiẽtiſſimoq; principi chariſſimus ſit, et toti pene europæ decãtatus. Maxime aũt, quod eximiæ cuiuſdã fœlicitatis eſt, ſũmis prĩcipib⁹ et eiuſmodi uiris, quos bonarũ literarũ profeſſio claros reddidit. Nã illis fecit notũ, Inuictiſſimi Regis et Dñi ſui legatio, quã ſæpenũero prudẽtiſſime nec min⁹ fœliciter apud eos fũctus eſt: his cõſuetudo, quã ubicq; cũ eis egit arctiſſimã. Et, quæ eius eſt fœlicitas, tãtopere oĩb⁹ ſemper placuit, cũ ſingulari eruditione, humaniſſimũ ingeniũ: ut clarior ſit et illuſtrior apud exteros, quã apud nos cõterraneos ſuos. Res nimirũ, tam amabilis eſt bõis oĩbus, uirtus. Quæ ut ĩ nullo poteſt eſſe obſcura: ita in illo ſic enituit, ut certatim ab omnibus doctis miris celebretur encomijs. Porro, ſi qui ſint, qui virtutẽ debita laude nõ extulerũt: illi nos britãni ſumus, qui id maxime debueramus feciſſe. Quandoquidẽ ille nos, ſua uirtute illuſtrauit, Et profecto, (ſi verum ingenue fatear) in hanc partem, maxime a nobis Cantabrigienſibus peccatum eſt: quos, non ſolum affecit beneficijs cum cæteris cõmunibus, verum etiam quam plurimis alijs; atq; illis quidem, æterna memoria dignis.

Enim eniuero, nullas oīno partes nō impleuit in nos, vel patris benignissimi, vel liberalissimi mecœnatis, vel optimi patroni. Insuper, tanquam nihil egisset, aut parem, quod nunquam fieri potest, recepisset a nobis gratiam: pergit quotidie nouis beneficijs obruere. Adeo cupidus est iuuādi studia bonarum literarum, homo ad benefaciendum natus: quemadmodum etiam ad bonas literas & uirtutem. Id quod Erasmus Roterodamus, clarissimū huius ætatis lumen, iam olim in eo perspexit: et āte duodecim, plus min⁹, ānos, apertissimo cōprobauit testimonio. Quippe, qui in epistola ad nobilissimū Baronem Guilielmū Monioium, qua illi nūcupat secundo æditum adagionum suarum opus, inter cætera, de eo in hūc modum scribit. Iuuenis est, ea vtriusq; literaturæ scientia præditus, vt unus omnem britāniam ingenio suo possit illustrare: ea morum puritate modestiaq;, ut tuo tuiq; similium fauore, sit dignissimus. Iam uero, quum prīcipibus placuisse viris nō infima laus sit, ut inquit flaccus: quantæ obsecro fœlicitatis est, optime placere principi, tenerrime diligi a subditis, maximo in honore esse arctissimeq; complecti ab eruditis? Deniq; sic oīa administrare, talem te singulis exibere, ut oīb⁹ sis charissim⁹? Ad hæc, sic

alieno

alieno ſtudere honori, ut, licet ſũmis par ſis laboribus, non dedigneris ad infimos, eius cauſa, deſcendere? Sed, ne tam excellentem uirum, ingenij culpa, dicẽdiq; paupertate, obſcurem potius quã illuſtrem, ſatius duco (quemadmodũ Saluſtius de Carthagine) de eo ſilere, quam pauca dicere. Illud autẽ, quam pure chriſtianeq; hanc concionẽ traduxerit, tu chriſtiane lector iudicabis. Ego, quod ad me attinet, curaui ut quam caſtigatiſſima imprimeretur, Ratus hũc meũ qualem cunq; laborem, nec tibi futurum inutilem, nec illis, a quibus profectum eſt opus, diſpliciturum, quod tu fructum capias .·. Vale

Cantabrigiæ. Kalend'. Ianuarij. M.D. XXI.

.·.

QVVM VENERIT PARACLETVS, quem ego mittam vobis, ſpiritum veritatis, qui a patre procedit illi teſtimoniū perhibebit de me.

SAepe accidit, vt, quū dies clara eſt. et lucidus ſol omnia irradiat, in aliqua cœli parte oriat̃ craſſa et tenebroſa nubes, quæ ipſius cœli totã faciẽ obſcuret, et claritatẽ lūinis ſolaris nobis obūbret, horridam tempeſtatẽ excitet, tremendū denique fulgur, et horrendū tonitruū inducat, quo fit, ut infirmæ animæ, et corda hominum debilia, magno afficiantur timore, et omni conſolatione deſtituta, in deſperationem fere trahantur. Idem accidit in eccleſia CHRISTI, quū, poſtea q̃ longo tempore lumen fidei, a ſpiritali ſole, omnipotentis dei filio, emiſſum, claruit et reſplenduit, repente exoritur hereſeos omnia obfuſcans nubes, et talem mouet procellam, tam horrendum fulgur, ſimul et tonitruum concitat, ut multæ chriſtianæ animæ in fide parum ſtabiles, inde pereant. Ecce huiuſcemodi nubes fuit Arrius, qui tam magnam tempeſtatem concitauit, ut multis poſt annis chriſti eccleſiam

sti ecclesiam misere uexarit. Hunc sequuti sunt Macedonius, Nestorius, Eutices, Heluidius, Donatus, Iouinianus, Pelagius, Ioannes Vuycliffus, ut alios omittam. Quorum singuli catholicam ecclesiam, suis temporibus mirum in modum perturbarunt. Tales hereticos, sanctus Iudas in Epistola, nubes uocat sine aqua, quæ a uento circumferuntur, hoc est, nubes sine humore gratiæ, quæ malignorum flatu spirituum mouẽtur. Talis nubes & nunc exorta est, Martinus, scilicet, Lutherus, professione frater, qui validissimam tempestatem, & procellam in ecclesiam induxit, quibus clarum multarum scripturarũ dei lumen obumbrauit, et emittit ex sese periculosum fulgur, id est, falsum lumen mendacis scripturarũ sanctarũ interpretatiõis, quæ non e spiritu veritatis, sed erroris procedit, atq; etiam spiritu tempestatis illius periculosissimæ hereseos. Preterea tonat contra Papæ authoritatem, contra generalia concilia, contra traditiones, et ordinationes nobis ab apostolis relictas, denicq; contra doctrinam omniũ sanctorũ patrum nostrorũ, et ecclesiæ doctorũ. Quãobrem CHRISTVS seruator noster, præuidẽs per diuinam suam prouidentiam, tam pestilentes nubes et tempestates futuras, in magnam ipsius Ecclesiæ uexationem,

et perturba-

et perturbationem, pro intimo amore, et infinita charitate, qua sanctam matrem nostram Ecclesiam
Ioan. xv. xiiij. prosequitur, promisit se, postquã ad patrem ascẽdisset, ad eam spiritum dei missurum, spiritum ueritatis, vt is apud eam in sempiternũ maneret, eam q3 de omni ueritate (quoties res id postularet) certiorem faceret, cui, cum ipsa, tum omnes christi fideles, in dubitatam prebere fidem deberent: et ut idem sanct9 spiritus in omnibus huiusmodi concussionibus uerus Consolator esset, secũdum principium huius Euangelij superius recitati. Quum uenerit paracletus, quem ego mittam vobis, spiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille de me testimonium perhibebit.

Hoc Sanctum Euangelium benigne offert nobis quatuor inlignes instructiones, cũ contra omẽs periculosos heresium turbines, qñcunq3 oriũtur: tum præcipue contra istam pernicioſissimam tempestatẽ, quam Martinus Lutherus, nostra ætate, suscitauit. Et tres primæ ĩstrnctiones, deo bene fauẽte, et hoc sancto spiritu adiuuante, euertent tria præcipua fũdamenta, quibus ille, omnes fere, suas opiniones superstruit. Quarta autem respõdebit ijs, qui illum defendunt et illius factioni pertinaciter adherẽt. Quorum nimirum culpa factum est

ut christianæ

vt christianæ animæ in fide parum stabilitæ, trahantur in pericula. Sed priusq; has instructiones declarare aggrediemur, precabimur hūc sanctum veritatis spiritum, ut in hac dubia procella, et periculosa tempestate, nostra sustineat corda testimonio veritatis ipsius, ne in catholica sanctæ matris nostræ ecclesiæ doctrina, uacillemus: sed firmiter credamus his eruditionibus, quæ ad nos, ab ipso CHRISTO, saluatore nostro, per apostolos ipsius, et eorū successores, sanctos episcopos, patres, et ecclesiæ doctores, emanarunt. Quod vt assequamur, et gratia, cum vobis, tū mihi necessaria, infundatur, singulus quisq; deum optimum maximum pia mente comprecetur.

Primā instructionē, offerūt nobis hæc prima euāgelij verba. Quū uenerit paracletꝰ, quē ego mittā vobis, spiritū veritatis, qui a patre procedit. His uerbis promittitur nobis spiritus veritatis, qui nos soletur in omnibus dubijs opinionibus, quæ in CHRISTI ecclesia oriantur. Et, quod ad hanc attinet, tria faciam. Primo, declarabo instructiones huius sancti euāgelij, ad uniuersalem CHRISTI pertinere ecclesiam. Secundo loco, Papam de iure diuino, vniuersalis ecclesiæ esse caput, Tertio, quod Martinus Lutherus, qui ab hoc capite

se separãt, non habet in se spiritum ueritatis, Et, ut primum aggrediar, Martinus Lutherus negare non potest, quin hæc promissio uniuersali ecclesiæ facta sit. Cui, sua ipsius ratione, eum astringam. Nam, scribit in libro suo de captiuitate babylonica. Quod si demus unam aliquam epistolam Pauli, aut unũ alicuius Epistolæ locum, non ad uniuersalem ecclesiam pertinere, iam euacuata est tota Pauli authoritas. Quod si hoc uerum sit de uerbis sancti Pauli, longe uerius est, de Euangelijs CHRISTI, et singulis, quæ in eis continentur, locis. In uniuersali igitur ecclesia, remanet hic spiritus ueritatis, et in eadem permanebit usq; in finem seculi. Secundũ illud, ut maneat uobiscũ inæternum, et docebit uos omnem ueritatem. Hactenus de prima instructione.

Nunc ad secundam. Qua dixi, Papam iure diuino uniuersalis ecclesiæ esse caput. Quando igitur uidetis arborem erectam et altam, terra sustentatam eiusq; ramos hinc inde sparsos, grauem foliis fructuq;, si sol clare splendeat, ea umbram reddit, qua percipiatis figuram ramorum, foliorum, et fructus, et quælibet pars arboris, habet aliquid in umbra sibi respondens, et contra, quælibet pars

umbræ

umbrae, aliquid in arbore, quod sibi respondeat. Nam oculus cuiusq;, a singulis arboris partibus, ipsum ad singulas partes umbrae ducet: rursus a singulis partibus umbrae, ad singulas partes arboris ei respondentis: ac licet cuiq;, digito monstrare quamuis umbrae partem, et dicere, haec est umbra huius vel illius rami, et haec est umbra huius uel illius foliꝫ, et haec est umbra imae, haec summae arboris. Quod, quum ita sit, lex mosaica, et gubernatio synagogae Iudeorum, nihil aliud cꝫ umbra fuit, regiminis uniuersalis CHRISTI ecclesiae, iuxta Apostolum, qui sic loquitur, umbram habens lex futurorum bonorum. Et ad Corinthios, omnia in figura contingebant eis. Ad rem igitur, in illa synagogae gubernatione, duo erant deputata capita, alterum sub altero, Moses uidelicet et Aaron, ad populum, in terram ei promissam, conducendū. Scimus itaq;, populum iudaicum, umbram fuisse Christiani poduli, et iudeorum illud iter per desertum, umbram fuisse nostri itineris, ex hoc misero mundo, in terram cœlestem. Sed Moses et Aaron, qui illius capita fuere, cuius rei umbrae sunt? Profecto nō alteriꝰ, cꝫ CHRISTI et eius Vicariꝫ Sancti Petri: qui sub CHRISTO, Christiani populi caput fuit.

Quod tribus rõibus a simili sũptis, euidentius de monstrabimus. Primum, Moses et Aaron vterq; sacerdotes fuerunt. Moses ab ipso deo delectus, Aaron vero a Moyse, mandãte deo, et huic, absente Moyse, commissa fuit cura iudeorum. CHRISTVS itidem et Petrus, nouæ legis sacerdotes fuerunt, CHRISTVS quidem a patre ipsius, omnipotente deo electus, ut de illo scriptum est. Tu es sacerdos inæternum secundum ordinem Melchisedech. Petrus vero a CHRISTO, eisq;, quũ abesset, curam populi sui commisit, dicens, pasce oues meas, pasce, pasce. Deniq;, Moyses internuncius erat, inter omnipotentem deum et Aaron, de causis populi, et Aaron inter Moysen et populun, de causis dei, sicut scriptura tradit, exodi quarto. Deus locutus est moysi de Aaron, in hæc uerba, ipse loquetur pro te ad populum, et erit os tuũ, tu autem eris ei in his, quæ ad deum pertinent. Age, iã videbis quomodo CHRISTVS fuit os Petri ad deum. Dixit enim Petro, Symon Symon, ecce sathanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum, ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando cõuersus, confirma fratres tuos, An nõ liquet ex his, CHRISTVM fuisse os Petri agentem eius causam apud deum

patrem.

patrem, et obsecrantem, ne eius penitus periret fides? Et contrario, erat ne Petrus os CHRISTI, quando conuersus confirmauit fratres suos? Intueamini igitur, quae authoritas data sit Petro confirmandi omnes reliquos eius fratres apostolos. Postremo Moyses ascendit in montem ad loquendū deo, et Aaron remansit ad erudiendum populum. Ascendit ne CHRISTVS pari modo, ad deum patrem in excelsum cœli montem? Qua de causa autem ascendit, declarat Paulus, quum ait, ut appareat vultui dei pro nobis, et ibi sit aduocatus noster, ut Ioannes dicit. An non remansit Petrus ad erudiendum populum, ipsius curae commissum, sicut Aaron relictus fuit ad erudiendum populum iudaicum, quando Moses erat in monte apud deum? Haec igitur argumēta, aperte demonstrant, quomodo illa umbra et hae res cōcordent, et altera, alteri, clare respōdeat. Sed missa faciamus haec Paulisper. Confirmabo hanc figuram, alio adhuc CHRISTI facto in Euangelio. Iudei tributarij erant Romanis, et singularum familiarum singula Capita, censum capitū soluebant. Erat autem is census, numisma, nomine didrachma. Et, quum exactores huius tributi, veniissent ad Petrum, Seruator noster mādauit ei, ut ad mare accederet, dixit

eq; eum

qꝫ eum ibi reperturum, in uentre piſcis, ſtaterem qui æquabat duas didrachmas, et iniunxit Petro, ut illum ſolueret exactoribus, pro ſe, et pro ipſo. Notate ergo hoc tributum, cenſum capitum, fuiſſe ſolutum pro illis, qui familiarum capita, et gubernatores habebantur, et CHRISTVM commiſiſſe, ut ſolueretur, nō pro alijs, q̄ ſe ipſo dumtaxat et Petro, nam hoc modo liberabantur & reliqui. Si coniungamus itaqꝫ, hoc Euangelij factum, cum figura, quam ſupra poſui, quid euidentius fuerit, ad probandū Petrū, ſub CHRISTO, uniuerſæ ipſius familiæ caput fuiſſe? Verūtamen, tertio loco audiam⁹ teſtimoniū alicuius ſanctorū Patrū, quod hic ſit uerus Euangelij intellectus. Auguſtinus in libro queſtionū noui, et ueteris teſtamēti queſtiōe. lxxv. ſic ſcribit, Didrachma, capitū ſolutio intelligitur. Sequitur poſt. Saluator quū pro ſe et Petro dare iubet, pro oībus exoluiſſe uideť, quia ſicut in ſaluatore erant oēs, cauſa magiſterij: ita et poſt Saluatorem, in Petro oēs continentur. Ipſum enim conſtituit caput eorum. Hic notandum eſt ex Auguſtino, hoc tributum pro Petro ſolutum, ſolutū fuiſſe pro omnibus alijs. Iccirco, quod ille omnium caput fuit, et reliqui omnes in illo continebantur. Verum ex

alia

alia etiam scriptura, quam supra recitaui, Augustinus probat, quod reliqui omnes Apostoli in Petro continebantur. Symon Symon, ecce sathanas expetiuit uos ut cribraret, sicut triticum, ego autem orauí pro te, ut non deficiat fides tua: et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Hæc uerba exponēs Augustinus, dicit CHRISTVM non rogasse pro Iacobo, et Ioanne, et alijs, sed pro Petro, in quo reliqui continebantur. Est ergo considerandum, quomodo hæc testimonia, alterum, cōfirmet alterum. Primo, figura et umbra legis ueteris, deinde, testimonium euangelij, illis respondens, postremo, sancti Augustini interpretatio. Hic non nisi unius ecclesiastici doctoris testimoniū produxi, qui, si trutina cordis alicuius fidelis christiani expēdat (meo quidē iudicio) Lutherū prægrauabit. Verū, diuus etiā Ambrosius, loquēs de didrachmate uocat id capitū solutionē: et de sancto Petro ait. Petra enī dicit, eo quod primus in natiuibus, fidei fundamentū posuerit, et tanquam saxū immobile, totius operis christiani compagem, molem q; contineat. Item Gregorius. Certe, inquit, Petrus apostolus primū membrū sanctæ et uniuersalis ecclīæ est, Paulus, Andreas, Ioan. quid aliud, quā singularū plebiū sunt capita? Vñ apparet, quod sicut illi singularū ecclīarū,

Ita petrus

ita Petrus uniuersalis ecclesiæ Caput fuit. Porro Hieronymus de Petro loquens, in hunc modum scribit. Propterea, inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto, schismatis tolleretur occasio. His assentitur et Cyprianus. Qui de Petro confitente CHRISTVM esse filium dei, uerba faciens: loquit, inquit, illhic Petrus, super quem edificãda fuerat ecclesia. Sed qua rõe, fuerat super eũ ecclesia edificãda, si ipse non erat caput, et præcipuũ ecclesiæ mẽbrũ? Oẽs ij, quos citaui, sancti patres, sũt de ecclesia latina, et omnes, cum excellenti doctrina, tum singulari uitæ sanctitate præditi. Quorum denicq; uitas, uirtutem nuncq; non sectantia corroborarunt miracula, partim dum uiuerẽt, partim post mortẽ ædita. Eiusdem sunt sentẽtiæ, græci quoq; sancti patres, ut Chrysostomus, qui, quum laudasset Sanctum Paulum, ita de Petro loquutus est: quod ipse qui fuit Apostolorum caput, talis fuit. Et sæpe uocat sanctum Petrum, eximium apostolorum, et os discipulorum, et uerticem totius Collegij. Item Origenes ait Magno illo ecclesiæ fundamento, Petræ solidissimæ, super quam CHRISTVS fũdauit ecclesiam suã, uide quid dicat a domino. Modicæ fidei, quare dubitasti? Quæ igitur ratio pati potest, ut non omnes isti, tam græci cq; latini

ci q̄ latini, ſolū æquent Lutherum, & hunc fraterculū. Equidem confido, neminē eſſe chriſtifidelē, qui nō moueatur tot ſanctorum patrum teſtimoniis. Præſertim, quū ea tā clara & præcipua, uetere legis figura, & lucidiſſimo lumine ſacrorū euāgeliorū, nitantur. Cæterū, hic obiicit Lutherus, ſe non percipere, quo nam modo, duo poſſunt eſſe ſummi. Quod equidē miror, quum manifeſtū ſit in ſcriptura, Aaron ſummū fuiſſe vocatū, & Moyſen ſub eo minime fuiſſe. Vnde neceſſariū eſt, vtrū q̄ fuiſſe ſummū, alterum ſub altero reſpectu populi. Sicut Paul⁹ facit multa capita, quū ait: Caput mulieris, vir eſt: Caput uiri, CHRISTVS: CHRISTI vero, deus. Ecce, mulier hæc tria habet capita, deum, CHRISTVM, & maritū: & præter hæc omnia, habet ſuū, quod dedit natura, caput. Mōſtroſum eſſet, videre mulierem ſine capite, & ex tali vxore, nullū cōſolationis fructū perciperet maritus. Quo circa, ſi mulier, ſuper illud ſuū naturale caput, quo ita ſe regit, vt cōplaceat, ſatisfaciatq̄ marito, habet & alia quoq̄ tria, maritum, CHRISTVM, Deū, quāto congruētius, mater noſtra ſancta eccleſia, CHRISTI ſponſa, ſuum habet caput, .i. papā, & nihilominus CHRISTVS IESVS, marit⁹ ipſius eſt &

caput, sicut et oīpotens deus? Sed redeamus iam ad instructionem. Hoc modo intelligitis, qua ratione in uniuersali Ecclesia CHRISTI, remaneat spiritus veritatis in æternum: te Papam sub CHRISTO, Ecclesiæ esse caput. Et ex his breuiter demonstrabitur, spiritum veritatis non esse in Luthero. Spiritus enim singuli cuiusque naturalis corporis, uitam nō præbet, nisi in membris et partib⁹ illius corporis, quas natura capiti coniūxit. Consimile est, in mystico corpore matris nostræ Sāctæ ecclesiæ Quare, quum iste misellus fraterculus separauit se a capite huius corporis, qui CHRISTI est uicarius, quomodo potest in se habere spiritum huius corporis, qui est spiritus ueritatis? Præsertim, quum tali superbia, arrogantia, et præsumptiōe, quæ huic spiritui est odiosissima, sese separet: et adeo despectim, et malicioſe cōtemnat, nihilipendat, et conuitijs insectetur caput Ecclesiæ CHRISTI: cui tanq̄ spirituali summo patri, religionis suæ causa, obediētiam promisit, et uouit. Qui fieri potest, ut iste habeat spiritum dei, hūc sanctū spiritum ueritatis? Et hæc hactenus de prima instructione.

Ad secūdam faciunt uerba, quæ statim sequūtur. Ille testioniū perhibebit de me. O q̄ mirabilis est

vis,

vis, q̃ꝫ suspicienda operatio in radijs solaribus, qui (sicut hoc anni tẽpore uidemus) sparsi super terrã, vigore donant, et vitali quodã spiritu multas creaturas, quæ ante, quasi mortuæ apparuerãt? Si quis in hyeme uidisset, et cõtẽplatus fuisset arbores aridas, excussa folia, humorẽ oẽm pulsũ et demersũ in radicẽ, nihil viriditatis, aut vitæ exterius apparere: et si nihil antea, hac in re experientiæ habuisset, nequaq̃ verisimile putaret hoc futurum, ut huiusce modi arbores reuiuiscerẽt, et tã speciosis folijs, germinibusq̃ quã nunc videmus, se induerẽt. Hoc tñ fit subtili, et secreta operatõe radiorũ solariũ super terrã (ut dixi) sparsorũ. Verũ eniuero, nõ oĩs radiꝰ solaris hãc habet uim. Radij eni solares in hyeme lucent, sicut et nũc hoc anni tẽpore, sed illa lux adeo est imbecillis, et debilis ut nihil donet uitæ. Nam si uitã donaret, nõ minꝰ in hyeme, q̃ꝫ in æstate crescerẽt herbæ, et arbores. Causa autẽ huiꝰ debilitatis ẽ sol longius tunc distans, et terrã ita radens, ut eius radij super eam transuersi ferantur, nec cõgeminẽt se, nec solem uersus resiliant. Videtis experientia, pilã lusoriã, si in transuersum iaciat parietem, ultra ferri, et non recta resilire in illum, qui iecit. Sed, si in parietem aduersum, magna iaciatur uiolentia, resilit recta in iacientem. Eadem ratio est in radijs

 solaribus,

ſolaribus. Nam, q̄to propinquius ſol, hoc anni tempore, ad nos accedit, tāto directius, eius radij terram percutiūt, tantoq; directius reſiliūt, & ſolem verſus, retrocedūt, & quia radius radio eſt vicinus, tāto maior vis & lumine plenior, oritur in radio. Quia ōnis virtus vnita fortior eſt. Nam ſicut ſimplex filum, non æque validum eſt atq; duplex: ita, nec ſimplex radius ſolaris, æque validus, atq; duplicatus & congeminatus per reſultū & reflexionē. Præterea, ex his duobus oritur tepor, & calor præcipui opifices vitæ, in ōni creatura. Cæterū, non certi ſumus, aliquā arborē vitalē eſſe, priuſq; germina eius & folia, ſe proferant. Hoc exemplum (ſi quid percipitis) inducet vos ad comprehēdendū, q̄ mirifice ſpiritualis ſol. i. omnipotens deus, operetur, per ſuos ſpirituales, & inuiſibiles lucis ſuæ radios, ſparſos ſuper animā humanā, vel eccleſiam, quarū vtraq; in ſcriptura, ſpiritualis terra vocat, iuxta illud, Dñs dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructū ſuū. Radij ōnipotentis dei, ſuper animas noſtras ſparſi, eas ſuſcitant, & vita nos donant, & bonorum operū fructibus. Primū enī, authores ſūt luminis fidei: qd tñ eſt exiguū, niſi ei reſpondeat ſpes, & charitatis feruor. Nā, fides ſine ſpe, eſt radius manēs, & vix

vllius

vllius ꝯ poteſtatis, Sed, ſi ſpem ei adiũgas, quæ ad deum in ſublime reſilit, & ad ea, quæ non vident: tũc lõge fortior eſt, ꝙꝫ ãte fuit. Quia fides, iã eſt duplicata ĩ ſeſe, ſuſtẽtata, & collecta: & per id, potentior & ualẽtior ꝙꝫ antea, Ante enim, ſimilis fuit fidei Petri, quam habuit qñ CHRISTVS ei mandauit, vt, ſuper mare ambulãs, ad eũ veniret. Credidit enĩ magiſtro ſuo, ſed nõ ſperabat ſe poſſe ibi ãbulare, iccirco, qđ nõ erat in fide potẽs. Vñ ſaluator noſter ei dixit. Modicæ fidei quare dubitaſti? Sed de fide valida, quæ, fiducia, & ſpe ſibi adiuncta, nitit, loquit in loco alio. Si habueritis fidẽ, ſicut granũ ſinapis, dicetis mõti huic, trãſi hic, & trãſibit. Hæc eſt magna fides, & habet etiã cõfidentiã, & ſpem ſibi cõiunctã. Granũ ſinapis eſt admodũ paruum, cõtinet tamẽ in ſe, magnã vim, cõpactã & vnitã. Pari mõ, quãdo radij fidei, ſimul coniuncti ſunt, tunc fides eſt valde potens. Radij ſolares, quũ, per reflexionẽ ſpeculi ardẽtis, colligũtur, tãtæ ſunt potẽtiæ, vt lignũ vel pannũ incẽdãt. Eadẽ ratio eſt fidei & ſpei, quũ coarctant & vniunt. Et, ſi homo talem haberet fidẽ & cõfidẽtiam, poſſet tunc imperare magno mõti, vt, in gratiã ſuam, ſe remoueret. Et hæc eſſet fides valde potens. Verũtamẽ, ſi quis talẽ haberet fidem, ei

tamen deeſſet feruor̄ charitatis, eſſet tanq̄ arbor̄ mortua. Quia apoſtolus ait. Si habuero oēm fidē, ita ut mōtes trāſferā, charitatē autem nō habuero: nihil ſum. Vnde et Iacobus dicit. Fides ſine operibus mortua eſt. In eandē ſententiā loquit̄ et hæc noſtra iſtructio. Ille teſtimoniū perhibebit de me. De quo? de CHRISTO. Quid eſt CHRISTVS? Lux uera, quæ illuminat oēm hoīem uenientem in hūc mundū. Quis perhibebit teſtimoniū huius luminis? Spiritus dei: quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritū ſanctū, qui datus eſt nobis. Hic feruor charitatis perhibebit teſtimoniū, hoc lumē eſſe uitale. Quantūuis habeat homo lūinis fidei, ſi tñ, hūc etiā charitatis feruorē nō habeat, qui animū ei⁹ excitet, et producat opera uiua, eſt niſi mortuus ſtipes, et tanq̄ arbor ſine uita. Quāuis enim, ut dixi, naturalis ſol ſplendeat q̄ maxīe poteſt ſuper arbore, ea tñ, nec quiq̄ habeat uiriditatis, nec germīa, pferat, nec folia, nequaq̄ uiuit. Itidem, quādo radij ſpūalis ſolis, ſuper aīas noſtras ſparſi ſunt, ſi tñ, nō ſētiamus feruorē nos incitantē ad opera frugifera, animæ noſtræ non niſi mortuæ ſūt. Sed, quorſū tendit hæc noſtra inſtructio? Ad ſubuertendū vnū magnū Martini Lutheri fundamētū, quo tradit, ſolā fidē

ſine operibus

ſine operibus iuſtificare peccatorẽ. Super quod fundamẽtũ, multas quoq; alias erroneas opiniones, ædificat. Et imprimis illã, quod ſacramẽta Eccleſiæ nõ iuſtificant, ſed ſola fides. Periculoſa eſt hæc opinio, et ſatis ad ſubuertẽdũ uniuerſalis Eccleſiæ ordinẽ. Sed, quod ad ſacramẽta attinet, Maieſtas Regia tam fortiter aduerſus Lutherum calamo pugnauit, ut nõ dubitem oẽs Chriſti fideles, quib⁹ cõtinget ut eius legãt librũ, iudicaturos diuina ſacramẽta clare eſſe defẽſa, et a ſcãdaloſo ore, et crudelib⁹ dẽtibus, quos Martin⁹ Lutherus eis infixit, eſſe liberata. Quare, cũtotũ hoc regnum, tum præcipue oẽs literarũ ſtudijs dediti, ſe conſolari poterũt. Plato ait tũ beatas fore Reſp. qñ, aut philoſophi regnãt, aut Reges philoſophant. et ſcriptura ad illud idẽ principes hortat. Et nũc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrã. Sed, ad rem redeamus. Lutherus, ad Cõprobandũ huius opinionis fũdamẽtũ, ꝓducit aliquot loca Pauli, dicẽtis hominẽ iuſtificari ſola fide, ſine operibus. Verũ, Sãctus Auguſtinus docet verba Pauli in primitiua eccleſia nõ fuiſſe bñ ĩtellecta, et hinc eſſe, ut reliqui Apoſtoli in ſuis epiſtolis tendant in contrarium. Sed hic obijcitur, Martinum Lutherum, uel nihili, vel parui facere Auguſtinum. Fateor, & tamen hæc turpis eſt præſumptio At credat ſaltem

reliquis apostolis: quos, sine manifestæ hæreseos nota, negare non potest. Iacob⁹ itaq; ait. Ex factis iustificat homo, & nō ex fide tātū. Et hoc nō tan tū dicit, sed etiā, multis rōnib⁹ probat. E quib⁹ hæc vna. Dæmones credunt, & contremiscunt. Dæmones, inquit, fidē habēt, nemo tamē asserere potest, dæmoēs fide iustificari. Præterea, quot sūt qui viuūt in peccatis detestandis, & fidē tamen IESV CHRISTI, habent, & mallent mori, q̄ eam negare? At, nō sunt propterea iustificati. Sed, si fides sola iustificet, & isti, & dæmones iu stificarētur. Ad hoc, exemplo, quo Paulus vtitur ad Rom, ad probādū fidē, sine operibus, iustifi care peccatorē, eodē vtitur Iacobus, in cōtrariam partē. Exēplum dico, Abraam: vt in eo patet lo co. Sed, hic dixerit quispiam. Ergo, apostoli sunt inter se cōtrarij. Respōdet Augustinus, & negat, declarans sanctū Iacobū, male interpretationi tā tūmodo, cōtradicere Pauli. Paulus enim, significat opera, fidei præcedētia, & Iacob⁹, opera quæ fidem sequunt. Siquidē, Paulus innuit opera circumcisionis, vel alia legis opera, minus necessaria fuisse ad iustificationē Abraam: ita, vt præcederēt eius fidei: sed fidem sine illis, eū iustificasse. Iacob⁹ uero, opera illa frugifera itelligit, quæ sequūtur fidem

fidem', et de fide uiua testimonium perhibẽt, et hæc hominẽ iustificant. Quæ si Abraã non habuisset, non fuisset, secundum Iacobum, iustificatus Nam si Abraam non fuisset paratus filium suũ Isaac, mandante deo, offerre, non fuisset iustificatus: sed quia prõpte id fecit, Abraam (inquit) ex operibus iustificatus est. Quocirca Iacobus non contradicit Paulo, sed verborum illius malæ interpretationi. De qua & petrus loquitur in secũda epistola, in hæc verba: In quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suã ipsorũ perditionẽ. Patet igitur, et alios quoq; ãte hac Paulum male intellexisse, sicut nunc facit Mart. Lutherus in suum ipsius periculum & damnationẽ. Sed ausculta. Vehementer miror illud a Luthero dictũ esse, nullum aduersus ipsum in hac re testimonium in vniuersa sacra scriptura reperiri, præter hunc vnum locum Sancti Iacobi. Neq; enim dubitandum est, quin plura alia produci possint. Et primo seruator noster in Euãgelio Lucæ: Date (inquit) eleemosinam, et ecce omnia mũda sunt vobis. Quænã alia est hæc mundicies, q̃ iustificatio animarum quæ promittitur per opera eleemosinæ? Nam si credam quantum credi potest

& pauperi neceſſitate oppreſſo nõ ſubueniam, hanc mundiciam nõ conſequar. Præterea legitur in euangelio Matthei: Si remiſeritis hominibus errata ſua, remittet et vobis pater veſter cœleſtis, qđ ſi non remiſeritis hominibus errata ſua, nec pater remittet vobis errata veſtra. Item eodem euangelio: Nõ omnis (ĩquit) qui dicit mihi domine dñe, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei. Et illud quoq; in eodem: Niſi abundauerit iuſtícia veſtra pluſq; ſcribarũ & phariſeorum, nõ intrabitis in regnum cœlorũ. Et hoc intellgendum eſt de iuſticia operum, quod aperte declarant reliqua quæ ſequuntur. Addit & illud: Omnis qui audít verba mea hæc, & nõ facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qni ædificauit domũ ſuã ſuper harenã. Item Paulus ait: Non auditores legis ſed factores iuſtificabuntur. In eandem ſententiã Iacobus: Eſtote (inquit) factores verbi & nõ auditores tãtum, fallentes voſmetipſos. Rurſus apoſtolus ait: Si ſecundũ carnem vixeritis, moriemini, ſi ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Et quod vltimũ, Apoſtolus ſuam ipſius exponẽs ſñiam ait: Fides quæ per dilectionẽ operatur. Similiter Iacobus: Vides (inquit) quoniã fides coo-

perabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est. Ex his igitur testimonijs manifestum fuerit, non solam fidem sufficere, sed dilectionem quoq; & opera exigi ad animas nostras iustificandas. Et hic finem imponam secundæ instructioni

Pro tertia instructione sequitur in Euangelio: Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecũ estis. Quib⁹ perhibebũt testimoniũ? Nõne vniuersali ecclesiæ? Quod si ita sit, ab õnibus christifidelibus testimonium illorum comprobet necesse est. Ex his verbis, & alijs supra recitatis apparebit & cõstabit, plus testimonij pro sufficiẽti authoritate admittendum esse, q̃ continetur in bibliijs. Quod vnum si explicare & stabilire poterimus, id subuertet magnam partem opinionum Lutheri. Sed vt hoc facilius assequamur cõsiderãdum est, quod tametsi opera harum trium personarum, quarum hoc meminit euangelium, indiui dua sint, nec alterum ab altero separabile, sed connexa omnia, scriptura tamen illis certa assignat tẽpora, quibus humanum genus instruxerunt de veritate necessario credẽda. Et prĩo de⁹ pater instruxit maiores nostros per prophetas, ut ait paulus: Multifariã, multisq; modis olim deus loquẽs

patribus, in prophetis. Paulus hoc in loco patres nostros Iudæos intelligit, ex quibus nos spiritualiter originē duximus, Nam Abraam, qui illis carnalis erat pater, est & nobis pater spiritualiter. Deus itaq; pater illos docebat per prophetas suos, quorum prophetiæ licet in scriptura sacra cōtinentur, multa tamē alia non scripta tradebant, quæ Iudæorum magistri vocant Cabala, quæq; alteri ab altero quasi per manus tradūtur verbo, & nō scriptis. Deide secūda persona, filius dei seruator noster CHRISTVS missus erat a patre ī hūc mundum ad hominem erudiendū, tum per se, tū per apostolos suos, qui ab initio (ut euangelium hic loquitur) cum eo erāt. Hij etiam sancti Apostoli multa nobis verbo reliqnerūt, quæ non scribuntur in biblijs. Id quod Paulus demōstrat, qui illos est sequutus, & absens fuit, quū CHRISTVS illis hæc verba loqueretur, in secunda ad Thessalonicenses epistola. State, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Sanctus igit̄ Paulus, qui posterior cæteris apostolis fuit, quibus hæc verba a CHRISTO dicta fuerūt, vult traditiones obseruari, non modo quas scripsit, sed quas verbo etiā dedidit. Quare non etiam aliæ aliorum apostolo-

rum

rum tradiciones eiusdem erũt potestatis ad fidẽ faciẽdũ, & testimonium de veritate perhibendũ? Ex his videtis, authore apostolo, expressã scriptu rã nos obligare, vt credamus alijs multis q̃ quæ in biblijs continentur. Quod etiã Origenis, anti qui doctoris authoritate comprobabim⁹, cui hac in re, magna fides est adhibenda. Is in libro nume rorũ homilia quinta, his vtitur verbis: Sed in ec clesiasticis obseruationibus sunt nõ nulla, quæ oi bus facere necesse est, nec tñ ratio eorum omnib⁹ patet. Nam qđ (verbi gratia) genua flectim⁹ oran tes, & quod ex õnibus cœli plagis, ad solam oriẽ tis partem conuersi fundimus orationem, non fa cile puto cuiq̃ rõne cõpertũ. Sed & Eucharistiæ, seu percipiẽdæ, seu quo ritu geritur, explicandæ, vel eorum quæ gerũtur in baptismo verborũ, ge storum, & ordinum, atq; interrogationum, & res ponsionũ, quis facile explicet rationẽ? Et tñ hæc omnia, operta licet & velata, portamus super hu meros, quũ implemus ea, & exequimur vt a ma gno pontifice CHRISTO, & a filijs eius tra dita, atq; cõmendata suscepimus. Ex quibus Ori genis verbis clarũ ẽ, multas traditiones christiano populo relictas fuisse, et a CHRISTO, et suis apostolis, quas sequamur oportet, licet non sint

ſcriptæ In quã ſentẽtiã, poſſem ſi vellẽ Damaſceni, Dionyſij, Hierony. Auguſti, & aliorũ ſanctorũ patrũ teſtionĩũ proferre. Poſtremo, tertia perſona intrinitate .i. ſpũs veritatis miſſus fuit ad cõmorãdũ nobiſcũ inæternũ, & ut perpetuus eſſet nobis in eccleſia CHRISTI cõſolator, quotiẽs turbines hæreſiũ, & tẽpeſtates orirent, vt denicꝫ purã veritatem, qua ſtandum eſſet, in omni vacillanti opinione nobis aperiret. Poſt diſceſſum Apoſtolorum a nobis, ſpiritus ſanctus remanſit, remanet, & remanebit nobiſcum in finem mundi. Sed per quem queſo nobis loquitur? Per quem aliquid veritatis nos docet? Profecto nõ per alios q̃ꝫ per ſanctos patres, & eccleſiæ doctores, iuxta illud: Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpũs patris veſtri qui loquit̃ in vobis. Qñ ſanctus Baſiliꝰ baptizatus fuit, mirabilis lux circa eum ſplendens viſa eſt. Et dubitandũ nõ eſt, quin ea res ſenſibile ſignum fuerit ſpũs ſancti. Eodẽ modo, interea dũ Sanctus Ambroſius pſalmũ xliĩ. ſcriberet, cõſimilis lux capiti eius ſuperſtetit in formam clypei, in ſignum ſpiritus dei. Quod & alĩs quoꝫ ſanctis patribus ſimiliter obtigit. Quare non eſt dubitandũ, quin in huiuſmodi Epiſcopis, & Eccleſiæ doctoribus ſpũs ſanctus loquat. Sed lõge amplius

in generalibus

in generalib⁹ cõcilijs, qñ multi cõgregati in vnum cõuenerunt. Nam quoties turbines, & tẽpestates hæreticæ prauitatis oriebãtur, toties per generalia cõcilia & synodos Episcoporũ cõuicti, oppressiq; fuerũt. In cõcilio Niceno cccxviii. fuere episcopi, ĩ quib⁹ spũs sãct⁹ loquut⁹ ẽ ad cõfutãdã quãdã hæresi qua tũc Ecclesia grauiter premebat. Post hoc ad cõsiliũ Cõstãtinopolitañ. cõuenerũt cl. episcopi: et in illis etiã loquut⁹ est spirit⁹ sãctus ad delẽdã aliã hæresi in Ecclesia tũc ortã. Itẽ cõcilio Ephesião ccc. iterfuere Episcopi, ĩ quib⁹ eodẽ mõ spũs sanct⁹ est loquut⁹ ad aliã hæresim, quæ tũc emersit, extirpandã. Similiter etiã deinceps, quotiescũq; tales nubes ortæ in ecclesia, tẽpestates induxerũt, & coeperũt fulmẽ falsæ & peruersæ scripturarum interpretationis præmõstrare, hic spũs parat⁹ fuit vniuersali Ecclesiæ indubitatã veritatẽ expõere. Cõsideremus ergo quot, quãtaq; habeamus, quæ confirment illa quæ Ecclesia nos docet. Primo loco sũt prophetæ quos deus pater erudiuit, & eorũ cabala, i. secretæ traditões in bibliis nõ scriptæ. Secũdo apostoli, quib⁹ ipse CHRISTVS saluator noster magister fuit, et eorũ traditiões nec ipsæ in bibliis scriptæ. Tertio sancti patres & Ecclesiæ doctores qui spũm veritatis præceptorẽ habuerũt tã

in scripturis.

in ſcripturis exponendis, quam in ſynodis, et ge=
neralibus concilijs in præteritũ celebratis. Si eſſet
in trinitate aliqua quarta perſona, vel alius ſpiritus
nobis ab omnipotente deo miſſus. Poſſemus ali
qua ex parte dubitare, an Martinus Luther⁹ ei in
itinere obuiam proceſſerit, eumque abduxerit, &
nobis eripuerit. Verum, quũ conſtet nobis non
eſſe plures q̃ tres perſonas in deitate, de quibus
hoc euangelium mentionem facit, & earum ſin=
gulas veritatem nos diligenter docuiſſe: non ali=
um denicq; ſpiritum ſanctum eſſe, præter ſpiri=
tũ veritatis, qui in æternũ nobiſcũ permanebit,
ac veritatem nobis declarabit, indubitatum ſit no
bis oportet, Martinum Lutherum hunc ſpiritum
veritatis non habere: vt qui doceat contraria huic
veritati, quam hic nos docuit ſpiritus. Præcidit
enim traditiones apoſtolorũ, reijcit generalia cõ
cilia, deſpicit doctrinas ſanctorum patrum, & do
ctorum eccleſiæ, & totis laborat viribus, vt om=
nes eccleſiæ ordinationes ſubuertat, & præcipue
ſeptem ſacramenta: tollit liberum arbitrium, &
aſſerit omnia ex abſoluta prouenire neceſſitate, cõ
tra omnẽ CHRISTI eccleſiæ doctrinam. Quo
circa patet eum aliquem alium miſerum habere
ſpiritũ, i. ſpiritũ erroris, & non veritatis. Apoſto
lus ait

lus ait: In nouissimis temporibus, discedent quidam a fide, attẽdẽtes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum. Hoc loco notandũ est illud verbũ discedent. Nam, alio loco idem dicit: Erit discessio primum .i. ante aduentum Antichristi erit notabilis discessio a fide christianæ ecclesiæ. Et nõ absimile vero est, hãc ĩ præsentia esse, authore isto tam periculoso hæretico. Sed hic Lutherus, vt est vafri ingenij, nobis aliquãtulum reluctabit, & dicet Concilia generalia interdum errare, & doctores sæpe inter se dissentire, & sicut in vno, ita et in alio loco eos errare posse, & ob id se non astrictũ esse, vt cuicp illorum fidẽ adhibeat. Responderi poterit, hanc rationem infirmam & inualidã esse, sicut ex similitudine patebit. Prophetæ interdum sibi relicti, .i. meri homines, aberrarunt a veritate. Nam, prophetiæ spiritus non semper prophetarũ mẽtes irradiat. Exempli gratia. Dauid rex, quũ statuisset templum omnipotẽti deo ædificare, cõsuluit prophetam Nathã an perficiendum esset, qd' facere decreuerat, & Nathã admonuit vt op⁹ aggrederetur, & perficeret omnia, quæ animo destinarat, dicens: Omnia quæ in corde tuo sũt, fac, dominus tecum est. Erat tamen Nathã deceptus, quia verum non dixit. Num igitur hæc deceptio

faciet, vt, nulli alij rei quam prophetauit Nathan, fidem habeam⁹? Absit. Idem dicendū de Apostolis. Nam Petrus, quum diceret CHRISTO: Tu es CHRISTVS filius dei viui, loquutus est per reuelationem, et CHRISTVS salua-tor noster eum laudauit, inquiens: Beatus es symō Bariona. At paulo post, dehortatus est CHRISTVM a passione adeunda, quum diceret: Absit a te domine. Et hic male loquutus est. Nū igitur, illi quod primum dixit fidem nō habebimus, propterea quod secūdo loco errauit? Hoc certe alienum est a ratione. Omnipotens deus passus est, et prophetas et apostolos suos interdum errare, vt nos intelligeremus illos, non nisi homines fuisse, et quoties veritatem dicerēt, id ex deo, quoties aberrarent vero, id ex seipsis processisse. Eadem ratione, dico doctores ecclesiæ non iccirco in vniuersum esse abnegandos, quod aliquādo errarūt, vt nos intelligerem⁹ illos, et homines fuisse, et sibi relictos. Itidem, tametsi aliqua ex nouissimis cōciliis generalibus non fuerunt fortasse, ea qua decuit pietate et charitate conuocata (quod tamen non affirmo) et in aliquo particulari articulo ex permissu aberrarunt, longe tamē ab omni ratione alienissimū est, vt nos propterea reliqua oīa dānarem⁹

et hæc pro hac

Et hæc pro hac instructione suffecerint.

Quarta et nouissima instructio tollit rationes, quibus sequaces, Martinũ Lutherũ defendũt. Satis est enĩ hæc defẽsio, ad multas infirmas aĩas facile euertẽdas, quũ audiet. Consistit .n. in tribus. Primũ nanq; dicũt Martinũ Lutherũ sacrarũ literarũ ĩsigniter eẽ peritũ, et authoritate scripturæ oẽs suas cõprobare opiniones, religiose viuere, et ex doctrina, aliĩsq; virtutib⁹ multos sibi sectatores cõparare: deĩde, affirmãt illũ fixũ animĩ deũ habere, et ita nulli⁹ parcere authoritati quin uerũ dicat, adeo, ut Papã excõicauerit, tm̃ sua sibi authoritate arrogãs, ut nõ credat illos de catholica eẽ Ecclesia, qui ipsi⁹ dogmata nõ sequãt: postrẽo, zelũ habet erga deũ mire feruentẽ, quo instigatus, oĩ nixu laborat, ut totum mundũ in suam trahat opinionẽ, existimãs se, dum hæc facit, singulare sacrificiũ offerre deo. Hæc quũ audit infirma anima, illico trahitur in periculum, permota uidelicet ut his credat, & Ecclesiæ doctrinæ diffidat. Quis enim potest aliud cogitare, q̃ talem uirum in uia ueritatis ambulare? Veruntamen, uerba euangelica quæ supersunt et subsequũt, iĩs aperte respondent: Hæc locutus sum uobis, ut non scandalizemini.

Abſq; ſynagogis facient vos, ſed venit hora, vt oīs qui interficit vos, arbitret obſequium ſe preſtare deo. At, putauerit quiſpiam hæc verba, pertinere tantum ad tempora iudæorum, qui apoſtolos ex ſynagogis ſuis expulerunt, vel ad tempora tyrannorum, qui magnum numerū populi chriſtiani, in ortu eccleſiæ occiderūt. Sed, ſi hoc verum eſſet, non cōplecterentur generalem ad vniuerſalem ecclesiam inſtructionem, quod in principio ſermonis noſtri, contra Lutherum collegimus. Quamobrem, multo magis ad hæreticorū tempora ſpectāt. Primo, quia hæc perſequutio diuturnior fuit aliis duabus. Nam, perſequutio iudæorum cito ceſſauit, et tyrannorum, aliquo temporis curriculo durauit. Sed hæretici, ab aſcentione chriſti eccleſiā perſequuti ſunt, & vſq; ad antichriſti aduentum perſequentur. Præterea, perſequutio hæreticorū eſt, & ſemper fuit periculoſior. Nam iudæi & tyranni erant manifeſti chriſti hoſtes, & eius ſcripturam abhorrebant, ſed hæretici, prætexentes ſingularem erga CHRISTVM fauorem, ſuas hæreſes, ſcripturarum miris coloribus depingunt. Item, iudæi & tyranui, quorum chriſtianorum corpora trucidarunt, eorum animas ad æternam miſerunt gloriam, ſed hæretici, ſcripturas dei peruertentes, falſis

falsis doctrinis, erroneisq; opinionibus, & pesti-
lentibus sectis, trucidãt animas christiani populi,
& in æternam mittunt damnationem. Hæc itaq;
verba, de hæreticorũ persequutiõe potius, q̃; alijs
intelligenda sunt. Quare christiane homo, quãdo
audis Lutherum magnæ esse doctrinæ, et in sacris
literis expertum, virtute præditum, multos habe
re sequaces, cogita apud te, multos alios ante illũ
in ecclesia CHRISTI fuisse, qui doctrina sua, et
peruersa verborum diuinorum iuterpretatione,
consimiles mouerunt tempestates. Qua enim tẽ-
pestate, Arrius ille famosus hæreticus, CHRI-
STI ecclesiam afflixit? Quot animas ille perdidit?
Erat ne ille magnæ doctrinæ, singularis eloquẽtiæ,
& sanctæ (vt apparebat) vitæ? Opiniones ne ille
suas (quib⁹ multas decepit animas) sacra scriptu-
ra corroborauit? De illo sic scribit Hieronymus:
Arri⁹ vna scintilla in Alexandria fuit, sed quia nõ
cito extincta est, totũ orbẽ populata est flãma ei⁹.
Hæc scintilla tãtisper vexauit CHRISTI eccle-
siam, & innumerabiles animas euertit, donec, pro
cedente tempore, per spiritum sanctum veritatis,
qui consolator Ecclesiæ CHRISTI est, loquẽ-
tem, vt ante dixi, in ore patrum & Ecclesiæ docto-
rum, hæc couicta fuit, & penitus reiecta. Sed,

hanc

hanc tempestatem, illico insequuta est alia nubes, nomine Macedonius, qui pari insania ecclesiā per turbauit. Illum sequutus est Nestorius, hunc Eutices. Adeo, vt tempestas tempestati inhæreret, & vna super aliam sequeretur: & illico, extincta vna, authoribus malignis spiritibus, oriretur altera, in modū capitum hydræ lerneæ. Sanctus Augustinus lvij. capitales cōmemorat hæreses, quæ ceu tot nubes & procellæ, variis temporibus in ecclesia CHRISTI, post eius ascensionē ortæ sunt: quæ tandem per sanctum spiritum veritatis conuictæ fuerūt. Harum autem authores singuli, singula sua dogmata authoritate scripturarum comprobarunt. Et complures ex illis callidissimi fuerunt ingenij, altæ doctrinæ, in eruendis validis rationibus acuti, vitæ denique suæ, virtutem & sanctitatem prætexerunt, atq; illam peculiarem vim habuerunt trahendi, & ita torquendi scripturas, vt viderentur ipsorum erroneas opiniones corroborare. Postremo, talis erat illorum vita, doctrina, scripturarum interpratatio, vt compararent sibi multos sequaces & fautores, cum Episcopos, tū Imperatores & alios principes christianos, quibus mirum in modum sunt abusi. Quamobrem necessariū fuit, ut Saluator noster IESVS CHRI

STVS

STVS, pro ſua inæſtimabili bonitate, & interna beneuolentia qua ſuam proſequitur eccleſiam, inſtructionem & admonitionē toti populo chriſtiano, & vniuerſali eccleſiæ huiꝰ perſequutionis relinquere, & ita fecit, dicens: Hæc loquutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Quid dixit nobis antea? profecto illud: quod ſpiritus veritatis remanebit in eccleſia in æternum, quod qꝫ idem, in omnibus procellis & tempeſtatibus, nobis erit conſolator. O populę chriſtiane, audi hanc admonitionem ſaluatoris noſtri IESV CHRISTI, gratia pleniſſimam. Nota, & obſerua qd̄ loquitur. Admonui (inquit) vos harum rerum antea, vt quum euenerint, per eas in animabus veſtris non ſubuertamini. Ac ſi diceret. Quando videbitis has oriri procellas, quando contemplabimini illas craſſas in ſublimi nubes, quæ vniuerſam cœli obſcurabunt faciem, & vmbra ſua claritatem luminis ſolaris vobis eripient, & falſæ lucis ſplendorem, erumpentem ex ſupra dicta nube, & ſpiritu illius tempeſtatis præ ſe ferent, ac etiam horrendas futuri tonitrus minas percipietis, tunc in fide veſtra eſtote conſtantes, credite, vt credit veſtra ſancta mater Eccleſia, omnem ſpem veſtram in ſpiritu veritatis collocate, qui vobis

conſolator

consolator erit vſq; in finem mundi. Præterea qñ audies Martinum Luthe. habere constantem mẽ tem, & in deo fixã, & propterea nullius authorita ti ita parcere, quin verum dicat, & existimare oẽs qui illi⁹ doctrinas nõ sequãtur, separatos esse ab ec clesia caholica, adeo, vt ipsum sanctum pontificem excomunicarit, O mirabilem præsumptionem, O insaniam intollerabilem, quando hæc inq̃ audies, pro cõperto habeas, & alios quoq; hæreticos om nes, ita se gessisse. Putauerunt enim se solum, atq; suos sequaces de ecclesia esse catholica, & opinati sunt alios, qui eorum dogma non sunt sequuti, se paratos esse ab eadem. Hoc fecit Nouatianus Ro mæ, quũ excluderet sacerdotes catholicos, et Epis copos a suis ecclesijs. Ita fecerũt Arriani in græcia, et Donatistæ in Africa. Veruntamen, Ecclesia CHRISTI non nisi vna est, vna, sancta, catho lica Ecclesia, et Apostolica. Hæc Ecclesia est una, vnum habens caput, hoc est Papam, qui est vicari us CHRISTI, a quo una vocatur. Et licet sint in hac Ecclesia multi peccatores, tñ propter sancta Sacramẽta, quæ remanent, et quotidie peccatores restituunt, et etiam propter spiritum sanctum, qui continue in eadem permanet, vocatur sancta. Et quia non est assignata vni certæ Nationi, sed est

communis

communis omnibus, vocaẽ catholica .i. vniuerſalis, Ad vltimum, quia deriuatur ab Apoſtolis, & præcipue a principe Apoſtolorum ſancto Petro, vocatur Apoſtolica. Hæc eccleſia ſola eſt ſponſa CHRISTI. Reliquæ de hac non ſunt, ſed ſynagogæ ſunt Sathanæ, & concilia dæmoniorum. Quo circa, homo chriſtiane, ne ſis attonitus quũ iſti excommunicent, & ſeparent veros chriſtianos a ſuis ſynagogis, quia ſaluator noſter huius rei nos præmonuit, loquẽs quod ſequitur in euãgelio: Abſq; ſynagogis facient uos, hoc eſt, excõmunicabunt uos, & ſeparabunt a ſuis ſynagogis. Poſtremo, quum audies Martinum Lut. habere feruentem erga deum zelum, & cogitare ſe aſtrictũ eſſe conſciẽtia, vt faciat quod facit, & opinari, quod in his rebus faciendis placeat deo, & eidẽ præcipuum præſtet obſequium, ideo, quod reputatſe omnipotenti deo lucri feciſſe omnes illas animas, quas falſa ſua doctrina occidit et trucidauit: eſto & hic tñ in fide tua fortis, & vide, quod etiã huius rei ſaluator noſter te admonuit, dicens: Sed veniet hora, quum omnis qui interficit vos, obſequium ſe arbitrabitur præſtare deo. Sed, ſi alĳ hæretici Luthe. anteceſſores, idem non fecerunt, tum cogita apud te Lutherum eſſe aliquid.

neq; me. Quod si habuissent spiritum veritatis, is duxisset illos ad veram patris & filij cognitionem, .i. cognitionem prophetarum, per quos omnipotens deus pater loquutus est, & veram etiam noticiã Apostolorum, per quos filius illius, CHRISTVS IESVS Seruator noster, sua ædidit oracula. Sed, quia non habuerunt hunc spiritũ veritatis, qui missus fuerat a patre & filio, ignorabant vtrumq;. Qua ignorantia factum est, vt in huiusmodi inciderent errores, in quos & Lutherus incidit. Hic igitur finem dicẽdi faciam. Exposui vobis (vt pollicitus sum) quatuor instructiones, quas hõc euangelium nobis benigne obtulit. Prima, declaraui spiritum sanctum, tertiam personã in deitate, missum fuisse ab omnipotente deo patre, & filio eius CHRISTO Saluatore nostro, vt esset spiritus veritatis remanẽs in æternum in ecclesia CHRISTI, futurus, quoties postularet tempus, consolator aduersas procellas & tempestates hæresium, ad certiores nos reddendos in omnibus rebus dubijs, de pura, qua nobis standum esset, veritate. Et, nactus ex hac instructione occasionem, tria explicaui. Primũ, quod hæc instructio, & totum euangelium ad vniuersalẽ CHRISTI ecclesiam pertineat. Id quod probaui ipsius

Lutheri

Lutheri verbis. Secundum, quod Papa sit vniuersalis ecclesiæ caput sub CHRISTO, quæ vna res, tollit vnum magnum fundamentum Martini Luth. & cõcutit multas eius erroneas opiniones. Tertium, quod Lutherus separans se a capite huius corporis, non possit in se habere hunc spiritum veritatis. In secunda instructione, vobis aperui quo modo feruor charitatis, in cordibus nostris sparsus per spiritum sanctum, testimonium perhibeat de vero fidei lumine, relucẽti super animas nostras ex saluatore nostro CHRISTO. & hæc instrnctio, vnum aliud Lutheri fnndamentum euertit, quo tradere conatur, solam fidem iustificare peccatorem sine operibus. Tertia instructione, vobis demõstraui traditiones relictas ecclesiæ per sanctos Apostolos, testimonium nobis perhibere de fide CHRISTI, & quid in eius ecclesia credendum sit. Vbi, etiam aliud subruimus fundamentum Lutheri, qui nullum aliud testimonium admittere vult, q̃ quod contineatur in scripturis. Contra quam opinionem, probaui, et traditiones Apostolorum non scriptas illi admittendas esse, sicut & generalia concilia, in quib⁹ sanctus spiritus est loquut⁹, & interpretationes scripturarũ, æditas per sanctos Episcopos et ecclesiæ

Christi

CHRISTI doctores, in quorum ore, tertia per
ſona in deitate loquutus eſt, & loquitur erudiens
eccleſiam inpreſentiarū, ſicut deus omnipotēs pa
ter fecit ante, per prophetas, & filius eius ſecunda
perſona, per Apoſtolos. Quarta' inſtructione vo
bis explicaui, qua ratione, illa quibus ſequaces ſui
Lutherum defendūt, & multas infirmas animas
peſſundant, penitus tollantur, per amantiſſimā &
pientiſſimā ſaluatoris noſtri admonitionem, vt au
diſtis, in fine Euangelij: At enim, pro ſumma eius
charitate & dilectione, ſubinde admonet vniuerſū
populum chriſtianū, dicens, & repetēs: Hæc lo-
quutus ſum vobis, vt, quū venerit hora eorū re-
miniſcamini, quia hæc dixi vobis. Qui igitur to-
ties monitus, vult adhuc Martino Luthero fidem
adhibere, vel alij cuiuis conſimili hæretico, potius
q̄ CHRISTO IESV, & ſpiritui veritatis
in CHRISTI eccleſia relicto vſq̄ in finē mūdi,
ad id præcipue, vt ueritatē nos doceat, is lōge ab-
errat a recta via, nec vnq̄ videt peruēturus in por
tum æternæ tranquillitatis, quem deſyderam⁹,
omnes, & expetimus, ad quem nos
perducat, qui cum patre & ſpi-
ritu ſancto, de⁹ viuit &
regnat in ſecula ſe
culorū Amē.

Quod inter imprimendū, in his dictionibus, græce, hæretic⁹, hæresis, iudæus, & alijs paucis, omissa est aliquoties, aut perperā addita diphthōgus, quod dictiones cōsydero & desydero, semel aut iterū scriptæ sunt per i, & (etiam) per e. Item, qd' in inferendis commatis, colis, periodis, & interrogatiuis peccatum est, aliquādo parcimonia, aliquā do prodigalitate, frequēter dispositione, non magnopere remorabitur lectionem. Quare, spero cā didū lectorem facile condonaturū. Ex cæteris erratis, quædam subiecimus. Nam non potuimus omnia, quod non sint in ōnibus libris, &, nescio qua fortūa factū, illis caruim⁹, in quib⁹ plura sūt, q̄ꝫ q̄ꝫ, ni fallar, talia, quæ lectiois series per se corriget.

Ea quæ deprehendimus sic corrige

B	fa.ij.	ver. xxiij	lege	ornamentis
B	fa.iij	ver. xvi.	le.	enituit
B	fa iiij.	ver. i.	le	enim enimuero
C	fa.i.	ver. xvi.	le.	mittam
D	fa.ij.	ver. iiij	le.	et papam
D	fa.vij.	ver. xij.	le.	Qua re
E	fa.iij.	ver. viij	le.	Iudæorum

EXCVDEBATVR IN PRAECLA
RA CANTABRIGIENSI
ACADEMIA PER
IOANNEM
SIBERCH
A°. M.D.XXI.

UNIVERSITY LIBRARY
CAMBRIDGE
D
MR 4
1919

dic commotieri pedes me os benedictus dominus qui non am